Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

Schulte, Aloys

Straßburg, 1898

1321

urn:nbn:de:bsz:31-326727

Visual Library

frater illius Cůnradus de Frankenstein pincerna et canonicus ecclesie Argentinensis et ante fratrem predictum inhabitabat quondam Johannes de Erenberg cellerarius et archidiaconus, et omnia feoda claustralia, que tenuit frater ipsius Eberhardi ab ecclesia Argentinensi.[1] acta sunt hec 3 nonas aprilis anno domini 1321, presentibus 1321 Apr. 3 Walramo decano, Symundo de Horburg archidiacono, Cůnrado de Kirke thesaurario et archidiacono, Walramo de Vinstingen, Cůnrado de Lirheim, Johanne de Swarczenberg, Ludewico de Thirstein, Walthero de Schowenburg et Eberhardo de Luphen canonicis ecclesie Argentinensis.

Premissis[a] peractis Eberhardus de Frankenstein feoda sibi adoptata per Hermannum de Thierstein adoptavit cum libro seu regula Conrado de Kirkel thesaurario, videlicet ortum situm prope Stůrmecke e. m. A. apud fontem Wolmannesburne, redditus in bannis et villis Offenheim, Vegersheim, Kriegesheim, Sultze prope Bergheim et Bůtenheim, Dangrotzheim, Rosheim sitos, duas curias in opido Mollisheim et in villa Důttelnheim sitas. item Eberhardus deputavit curiam claustralem, quam inhabitat, et redditus apud Zebersdorf Friderico de Stralenberg canonico. acta sunt hec feria sexta ante palmas sub anno domini 1321 in presentia Gebehardi de Friburgo prepositi[2], Johannis de Ohsenstein scolastici, Johannis de Swarczenberg, Eberhardi de Luphen canonicorum, Johannis Kusterlin dicti de Willestete, prebendariorum Conradi gerentis vices dormentarii et Johannis clerici dicti Gebůrlin jurati curie prepositi predicti. *1321 April 10.*

M aus Melker Codex fol. 35v. Eintrag von zwei Händen des 14. Jahrhunderts.

314. Johannes de Geroltzecke senior, canonicus ecclesie Argentinensis, curiam suam claustralem sitam in parrochia sancti Stephani civitatis Argentinensis, que quondam fuit domini Heinrici de Geroltzecke, adoptat cum regula Hermanno de Rapoltsteine canonico ipsius ecclesie, decano Walramo de Veldencze, Hermanno seniori de Geroltzecke cellerario, Hermanno de Thierstein archidiacono, Cůnrado de Lierheim, Hermanno juniori de Geroltzecke, Symundo de Horeburg archidiacono, Bertholdo de Luppfen, Johanne de Swarczenberg canonicis, Johanne procuratore, Cůnrado gerente vices dormentarii ipsius ecclesie testibus ad hoc vocatis, Hermanno dicto presente et dictam adoptacionem recipiente. actum in vigilia Philippi et Jacobi apostolorum anno domini 1321, 2 kalendas maji. *1321 April 30.*

M aus Melker Codex fol. 36. Eintrag von gleichzeitiger Hand.

a) *Hier beginnt eine andere Hand.*

---

[1] *Vergl. nr. 310.*

[2] *In ihrem Streit mit dem Pfarrrector Gebhard von Freiburg, zugleich Domprobst von Straßburg und Thesaurar von Constanz, appellieren die Aebtissin und der Convent des Cisterzienserinnen-Klosters Güntersthal an das Mainzer Metropolitangericht, 1321 August 1. Vergl. Mitth. d. Badischen Histor. Comm. V, 241.*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg